nostrae imperialis institutionis paginam ad agnitionem omnium populorum in universo orbe terrarum nostra studuit propagare mansuetissima serenitas. Primum quidem fidem nostram, quam a praelato beatissimo patre et oratore nostro Silvestro universali pontifice docti sumus, intima cordis confessione ad instruendas omnium vestrum mentes proferentes et ita demum misericordiam dei super nos diffusam annuntiantes.

Nosse enim vos volumus, sicut per anteriorem nostram sacram pragmaticam iussionem significavimus, nos a culturis idolorum, simulacris mutis et surdis manufactis, diabolicis compositionibus atque ab omnibus Satanae pompis recessisse et ad integram Christianorum fidem, quae est vera lux et vita perpetua, pervenisse credentes iuxta id, quod nos isdem almificus summus pater et doctor noster Silvester instruit pontifex, in deum patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium, et in Iesum Christum, filium eius unicum, dominum nostrum, per quem creata sunt omnia, et in spiritum sanctum, dominum et vivificatorem universae creaturae. Hos patrem et filium et spiritum sanctum confitemur, ita ut in trinitate perfecta et plenitudo sit divinitatis et unitas potestatis: pater deus filius deus et spiritus sanctus deus, et tres unum sunt in

Pseudoisidor. Lang- und Kurzversion:
21. nostra] *fehlt* C_5. in] *fehlt* C_B. studuit] instituit C_5. 23. docti] edocti C_4. docti sumus] doctissimus C_B. 31. id] hoc C_5 C_B. 32. isdem] idem C_4 C_B. 34. omnium] *am Rand* C_5. 35. creata sunt omnia] omnia facta sunt C_3 C_4. 36. creaturae] *danach*: II. De confessione sancte trinitatis constantini imperatoris C_4 C_5 C_B. Hos] Nos C_4 C_5 C_B, Hoc est C_3.

Anselmo dedicata:
21. nostra] *fehlt V.* studuit] instuduit *V.* 24. ad instruendas] -in- *nachgetr. B,* asstruendas *V.* 25. misericordiam] de misericordia. 29. manufactis] et manufactis. 31. id] hoc. 32. isdem] idem. 34. omnium] *fehlt.* 36. vivificatorem] vivificatorum *V.* creaturae] *danach: XIII.* De confessione sancte trinitatis Constantini imperatoris. Eiusdem kapitulum *II.*

Coll. XII partium:
20. imperialis] *fehlt.* 23. docti] edocti. 22. serenitas] serenitas nostra. 30. Satanae pompis] pompis satane. 35. creata sunt omnia] omnia facta sunt. 36. Hos] Hoc est.